

proprio ore, vel ad votum alter ipsum commoveat, (dum nempe alter votum recitat) si modo respondeat ad hoc, Amen. Exemplum juramenti adjuratorum per unicam vocem יְהוָה præstiti habemus in foemina adultera, (48) qvemadmodum id etiam adduxit Maimonides in loc. sup. num. 41. alleg. Idem juramentum deprehendimus in Filiis Israelis, a Levitis adjuratis, (49) ubi ad minimum decies hæc jurandi formula occurrit.

(41) l. c. c. XI. §. 15. seqq. (42) ex Num. XVI. 26. (43) de Synedr. L. II. c. XI. §. 7. (44) l. c. c. III. Misch. II. (45) hic latinitate donavit Sex tractatus Talmudicos בְּרוּתֹת de benedictionibus, זְבֻחִיּוֹת de sacrificiis, de excisione animalium, נְדָרִיּוֹת de juramentis, נְזֵיר de Nasirao, שְׁבֻעֹות de Votis, Argent. 1663. 4. (46) l. c. c. II. §. 4. (47) Libr. הַפְלָאָה de separationib. tr., נְדָרִים de Votis. Pereck. 2. (48) Num. V. 22. (49) Deut. XXVII. 15 - finem.

§. 5. Hæc si æqve considerantur, usu sat egregio haut distitui, lubenter confiteri necessum habebimus. Facile enim exinde patet, qvid de usitatissima voce meritissimi Salvatoris nostri J. C. Ἐπίκου sit sentiendum, an pro juramento habenda sit, nec ne? Variæ eqvidem de hac voce Philologorum occurunt sententiae, & quidam pro affirmativa, quidam e contra pro negativa pugnant. Affirmativam sententiam amplectuntur Sam. Petitus, (50) Lud. de Dieu; (51) Et forte ad horum classem etiam referendi sunt Calovius (52) & Dinckelius. (53) Sed his jam dudum responsum est a B. Dno. D. Pfeiffero, Philologo pariter ac Theologo, dum viveret, consumatissimo. (54) Negativa placet Nic. Füllere, (55) qvi pluribus probare conatur, Vocem Ἐπίκου haut unquam esse jurisjurandi formulam; sed & hujus sententia erudite inquisita atqve rejecta est a celeberrimo illo Polybystore Job. Christoph. Wagenseilio. (56) Arridet itaqve sententia laudati Pfeifferi, non tam in Scriptura, qvam monumentis veterum Rabbinorum optime fundata; si nempe, præcedat adjuratio, habetur pro juramento, sin minus, negatur. Qvamqvm itaqve τὸ ἐπίκου Christi ratio ne certitudinis & veritatis æqvipolleat juramento, juramentum tamen formaliter conceptum esse, non putamus, neqve tamen nudam affirmacionem esse censemus. Ablegamus Lectorem ad ipsum Pfeifferum l. c. ubi argumenta ejusdem pluribus videbit, Authoresqve omni copia citatos inveniet.

(50) Lett. Var. c. XVII. (51) ad Matth. V, 28. (52) Bibl. Illustr. Tom. III. p. 186. ubi Lud. de Dieu sententiam hisce verbis adducit: Placent, quæ Lud. de Dieu de hac voce habet &c. (53) in Oratione de Ling. Hebr. n. 4. ubi per certam Kabbalæ speciem בָּנְטוּךְ אֱלֹהִים dictam, ex voce יְהוָה Deus Rex fidelis. (54) In Dub. Vex. p. 947, edit. Lips. de an. 1699. (55) Lib. I. Miscell. Sacr. c. II. (56) in Sota p. 378.

§. 6, Suff-